



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1675**

Cap. II. Ad cap. 30. de Elect.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10224**

*Species  
facti.*

*Mascaron.*

*Raymundus.*

primò modica negligentes paululum cadere coperunt; tandem ad tantam dissolutionem plures Regularium conventus devenerunt, quod viri timorati & prudentes sub alio habitu & aliis institutis Domino militaturi ab ipsis recesserunt. Species facti hæc erat: Defuncto Fulcrando Episcopo Tholosano circa annum MCCI. Raymundus de Rapistagno, ex Archidiacono Agennensi in Episcopum Tholosanum eligitur. Unus electorum suorum fuit quidam Mascaron, Cancellarius, quæ est primaria dignitas in Ecclesiâ Tholosanâ post Præpositum. *Capell. Tholoss. q. 13.* Hic apud Arnoldum (ita vocabatur ejus temporis Abbas Cisterciensis, ad quem Pontifex rescripsit) Radulfum & Petrum de castro novo, Monachos Fontis frigidi, Cisterciensis ordinis, sedis Apostolicæ Legatos, in causâ Albigenſium, & specialiter ad inquirendum delegatos, super statu Episcopatus & Episcopi Tholosani, juratus asseruit, Raymundum, olim Tholosanum Episcopum, Canonicis persuasisse, ut in Episcopum eligeretur. Vide cap. 36. h. t. unde simonia contracta censebatur, *can. ordinationes, c. 1. q. 1.*

## CAP. II.

### Ad cap. 30. de Elect.

#### S U M M A R I A.

- |                                      |  |
|--------------------------------------|--|
| 1. Grandis-sylvæ monasterium.        | 4. Petrus de Castro novo & Radulfus, inquisitores. |
| 2. Species facti.                    | 5. Convena.  |
| 3. Albigenſes, in diœcesi Tholosanâ. | 6. Convena, domanium Regis.                        |

*Grandis-  
sylvæ mo-  
nasterium.*

*Species  
facti.*

**S**cribit Innocentius Abbatibus Grandis-sylvæ & Bellaperticæ. Hi sunt Abbates Cisterciensis ordinis in diœcesi Tholosanâ. Grandis-sylvæ monasterium temporibus D. Bernhardi epistola 241. ordini Cisterciensi addictum: Verba Bernhardi: *Sit vobis commendatus lator epistolæ, venerabilis Abbas Grandis-sylvæ & domus ejus, qua ut nostra est, nuper nobis & nostro ordini ab ipso tradita, & Ecclesiæ Clarevallis specialiter associata.* Eâdem tempestate ibidem monachum professus est Guilielmus Comes Montispessulanus, ut habetur in vitâ ipsius Bernhardi *lib. 4. c. 1.* Species facti hæc est: Vacante Ecclesia Tholosanâ electores ex com-

compromisso sumti, pars major postularunt Convenarum Episcopum, alii duo elegerunt ex intervallo Archidiaconum Aginensem, Raymundum de Rapiſtagno, seu Rabastein. Pontifex postulationem Episcopi Convenensis admittit. Siquidem idoneus fuerit ad Albigenſium hæresin extirpandam, quæ in diœcesi Tholofanâ invaluerat, ut habetur in capitulo nostro. Hujus sectæ expugnandæ gratiâ ab Innocentio III. missi sunt legati Petrus de Castro novo, & Radulfus, Cistercienses monachi, de quibus capite proximè superiori. Convenæ Plinio & Straboni Aquitaniæ populi, ad Pyrenæorum radices, Civitas hodie S. & Radul-Bertrandi nomine insignita est. Garumnos populos vocat de Bel. Gall. Confer D. Hieronymum epist. 2. adversus Vigilantium. Convenarum Comes vasallus fuit Comitis Tholofani. Deinceps transactione, quæ asservatur in capitolio Tholofatum, inita inter Carolum VII. Regem Christianissimum, & Matthæum Comitem Convenarum anno Domini 1442. feudum dominio Principis ac crevit, jure fideicommissi, cujus formulam rogaverat inseri tabulis testamenti, anno Domini 1375. Bosquetus ad lib. 13. Regesti. p. 229. Regis.

## CAP. III.

## Ad cap. 32. 33. 37. de Elect. &amp; Ele. pot.

## SUMMARI A.

- |                                       |                                     |
|---------------------------------------|-------------------------------------|
| 1. Morini, ubi.                       | 7. Studium juris, maximum viaticum. |
| 2. Tervana, Teroana.                  |                                     |
| 3. Cap. 33.                           |                                     |
| 4. Episcopat. Bajacensis.             | 8. Severus Antioch. Episc.          |
| 5. Episcopi juris periti.             | 9. Petrus Pisannus.                 |
| 6. Gregorius Neo. Cas. Juris peritus. | 10. Luxoviensis Episc.              |

**A**gitur in c. 32. de electione Morinensis Episcopi. Morini, *Morini, ubi* ni, *Μορινοί* Ptolemæo, Straboni, Cæsari, Belgii populi, proximi oceanò, quâ Britanniam spectat. Virgilius & Æneid. Extremique hominum Morini. Et Paulin. Episc. 28. ad Victricium Rothomagensem: *In terrâ Morinorum situ orbis extremâ, quam barbaris fluctibus fremens tundit Oceanus.* Flandros